

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1510

Autre(s) référence(s) : Fauroux 64 / Tabuteau 152

Auteur(s) : Robert le Magnifique, Normandie (duc)

Bénéficiaire(s) : Cerisy-la-Forêt, Saint-Vigor (abbaye)

Genre d'acte : diplôme

Authenticité : non suspect

Datation : 1032, 12 novembre

Lieu d'émission : Rouen

Action juridique : fondation

Langue du texte : latin

Analyse

Robert le Magnifique fonde l'abbaye de Cerisy et lui accorde en dot sur son propre domaine : l'emplacement du monastère de Cerisy, avec les églises et les dépendances ; les diverses dîmes fournies par le Bois-d'Elle et par la forêt comprise entre l'abbaye et la rivière de la Drôme ; en outre, dans toutes les forêts ducale le pasnage des porcs, appartenant aux moines et à leurs hommes ; la dîme du bois de Maupertuis ; le bois dit du Molay avec la venaison ; dans la cité de Bayeux, cent quarante acres à Cremelle, et ailleurs soixante-trois acres de pré ainsi que quatre suburbanos avec leurs terres et leurs hommes ; l'église Saint-Georges ; au Mont-Pinçon sept acres de terre ; à Rouen, les vignes de son domaine ducal ; sur la rive de la Seine, un manse de terre libre de toute coutume ; une maison près du cimetière Notre-Dame.

Le duc Robert affranchit ces biens de toute coutume lui revenant, sur la foire, les marchés, les passages. Il les affranchit de toute coutume ecclésiastique, avec le consentement de Robert, archevêque de Rouen, d'Hugues, évêque de Bayeux et des autres évêques et barons présents. Il donne encore les dîmes de toute espèce sur la forêt de Lyons, en particulier celles sur le domaine de Lyons-[la-Forêt] ; trois arpents à Argences, libres de toute coutume pour y planter une vigne ; à Caen, un manse de terre et trois acres de pré ; la moitié d'Epinay-[sur-Odon], libre des coutumes ecclésiastiques et séculières, avec la moitié de l'église ; à Vienne-[en-Bessin], deux vilains avec leur terre, et deux acres de pré ; l'église Saint-Amand, l'église de Crouay avec la dîme, un vilain et sa terre.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Du Monstier Arthur, *Neustria Pia seu de omnibus et singulis abbatiiis et prioratibus totius Normanniae*, Rouen, J. Berthelin, 1663, p. 432.
- b. Farcy Paul de, *Abbayes de l'évêché de Bayeux*, tome 1, Cerisy, Cordillon, Fontenay, Longues, Laval, Moreau, 1886-1888, p. 79.
- c. Société jersiaise, *Cartulaire de Jersey*, recueil de documents concernant l'histoire de l'île conservés aux archives du département de la Manche. 1er fasc., Jersey, Beresford, 1918, p. 372.
- d. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n° 64, p. 192-195.

Texte établi d'après d

Sanctorum patrum auctoritate docemur quod hec mortalis vita brevi intercludatur spatio, et ideo bona transitoria nobis divine largitatis dono conceduntur ut eterna vereque manentia, Deo reddente, vicissitudinem per caritatis officium mercemur. Quapropter, ego Robertus Normannorum comes, omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, notum esse cupio qualiter in nomine sancte et individue Trinitatis congregationem monachorum in loco qui dicitur Cerisiacus ordinavi, et, presente Hugone ejusdem loci episcopo cum aliis quam pluribus auctenticis personis tam episcopis quam abbatibus, abbatiam sub libera potestate in honore Sancti Vigoris piissimi confessoris, abbate constituto, construxi, de rebus autem meis fiscalibus locum supradictum cum omni devotione dotavi et in hujus privilegii testimonio omnia ne oblivioni tradita solventur notari precepi. Hec igitur concessi : ipsum videlicet locum ubi positum est monasterium qui dicitur Cirisiacus cum ecclesiis, aquis, pratis, molendinis et terris arabilibus, cultis et incultis ; in silvis meis circumcirca positis, decimam scilicet tocius nemoris Ale et decimam tocius nemoris ab ipsa abbatia usque ad Dromum fluvium, in pasnagiis, venationibus, in placitis, in caseis vaccarum, ovium, caprorum et porcariarum, in terris incultis que ad cultum rediguntur et ceteris que decimari possunt, liberam etiam potestatem in pascuis, lignis accipiendis ad edificia monachorum construenda. Addidi quoque in omnibus silvis meis pasnagium tam porcorum monachorum quam suorum hominum. Dedi etiam decimam totius nemoris de Malpertus de omnibus que decimari possunt, silvam quoque que dicitur Moletus cum omni venatione que in ea capi potest, in Bajocensi autem civitate donavi prefate ecclesie terras meas dominicales, in loco qui dicitur Cromella centum quadraginta acras et ex alia parte civitatis sexaginta et tres acras prati, suburbanos quatuor cum terris suis et hominibus, ecclesiam Sancti Georgii cum terris que eidem ecclesie pertinent et in Montepinchon septem acras terre ; in Rodomo civitate vineas meas dominicales, scilicet triginta arpennos, cum prato et terris et hospitibus qui eis adjacent et unoquoque anno sexaginta modios vini, super ripam Sequane, unam mansuram terre ab omni consuetudine ubique liberam, unam domum juxta cimiterium Sancte Marie. Hec quidem omnia prefate ecclesie contuli que mihi jure hereditario contigerent, nihil mihi in his omnibus terrene consuetudinis retinens in foro, in nundinis, in passagiis, ab omni consuetudine liberavi. Liberavi etiam hec omnia ab omni consuetudine ecclesiastica, consilio et concessu Roberti Rothomagensis archiepiscopi atque Hugonis Bajocensis episcopi ceterorumque episcoporum meorum seu baronum in quorum presentia hec acta sunt. Postea autem, ego Robertus, volens augere ecclesiam quam edificare incepseram, dedi ei omnem decimam totius nemoris de Leonibus, scilicet in redditibus ville Sancti Dyonisii, in molendinis, in exartis, in omnibus ei pertinentibus terris que ad cultum rediguntur, in venationibus, in avibus, in placitis, in pasnagiis, in porcariis, et omnibus consuetudinibus suis ; in Argentiis tres arpennos terre ad faciendam vineam liberos ab omni consuetudine ; et in Cadomo unam mansuram terre ab omni consuetudine ubicumque liberam et tres acras prati ; villam Spineti dimidiam cum dimidia ecclesia et molendinis, aquis et pratis, liberam ab omnibus consuetudinibus tam ecclesiasticis quam secularibus ; in Viana duos villanos cum terris suis et duas acras prati ; ecclesiam Sancti Amandi cum omnibus appenditiis suis et terram ad duas carrucas ; ecclesiam in villa que dicitur Crocy cum omni decima, et unum villanum cum terra sua. Acta sunt hec in Rodomo civitate, tempore Johannis pape, anno ab Incarnatione Domini millesimo .XXX°. .II°., Normannorum tenente primatum marchione Roberto, primatus ejus anno quinto sub Francorum rege Henrico, regni ejus post patris obitum anno primo, inductione decima quinta, epacta sexta, prima feria, luna quinta, pridie idus Novembris. Hujus et omni concessionis rationem in oculis sancte matris ecclesie tali auctoritate confirmavi ut quicumque eam violare presumpserit anathematis jugulo subjaceat ; sic inquam feci et cartam istam auctoritate mea corroboravi nominibusque episcoporum et baronum meorum corroborari precepi. + Signum Roberti archiepiscopi. + Signum Hugonis Bajocensis episcopi. + Signum Roberti episcopi. + Signum Hugonis episcopi. + Signum Herberti episcopi. + Signum Ratboc episcopi. + Signum Roberti comitis. + Signum Guilleberti comitis.